



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Hermanni Conringii De Pace Civili Inter Imperii Ordines Religione Dissidentes Perpetuo Conservanda Libri Duo

Conring, Hermann

Francofurti ; Lipsiae ; Wittebergae, 1680

Praefatio Jacobi Lampadii, Ducum Brunovicensium Et Lunaeburgensium ad
Comitia Osnabruggensia & Monasteriensia Legati.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9585

PRÆFATIO
 JACOBI LAMPADII,
 DUCUM BRUNOVICENSIVM ET LUNÆ-
 burgensivm ad Comitiam Osnabruggensiam & Mo-
 nasteriensiam Legati.

A Ccepi ante pauculos dies ab amico refu-
 tationem Judicii Theologici, quod supe-
 riori anno Monasterii edidit Eusebius
 Tenebrio. Simulatq; perlegere cœpi, mi-
 rificè arrisit Irenæi (eo se nomine indigitat) & eru-
 ditio & moderatio animi, & erga Rempublicam
 amor. Dignissimus igitur visus est labos, qui
 truci & sævo Eusebii Tenebrionis Judicio op-
 poneretur. Si Tenebrio noster, si Vehicularius
 & Ponderator eruditione ac subinde in Scriptu-
 ris deprædicata charitate cum Irenæo coincide-
 rent, nec adeò coegissent doctissimum virum ali-
 osque truculentam illam imperitiam retundere;
 ab optimo quoque pluris æstimarentur. Venite
 ad me omnes, qui onerati estis, ego sum corde
 mitis, ait Salvator noster: & Apostolos fratres
 ob denegati hospitii ignominiam igne sævituros
 cohibuit adjecto propitii Spiritus sui elogio. Cum
 igitur Theologus noster, cum Vehicularius &
 Ponderator nil nisi bella vehant, spirentque ca-

A 2

des,

4
des, excidia, flammis; merito sciscitemur, cujus
afflatu immitia illa capita suam Theologiam, Ve-
hiculum & Ponderationem didicerint.

Consultationis autor Irenæus mihi nondum in-
notuit. Quisquis sit, multijugæ eruditionis virum,
multisq; egregiis dotibus præditum esse confiteor.
Subiit quidem mirari, Irenæum, quem Musa Gra-
tiis comitata undequaque eximium fecerunt, eam
religionem, quam diuinitus illuminati Propheta
ac Apostoli promulgarunt, quamque Evangelici
in Germania, abjectis Romani Præsulis addita-
mentis mutationibus & abusibus, unice profiten-
tur, heresin appellasse: nolui tamen committere, ut
propter immerita nomina magni alias viri solidis-
sima Consultatio minus extaret: nævis videlicet in
formoso corpore non omnino tollit pulchritudinem.
Quæ ego propterea adjicere volui, ne quis me auto-
rem operis suspicetur, quod ego ignoti autoris opus
Bibliopola typis excudendum subministrarim, me-
ve alieni laboris fructus intercipere voluisse. Si
Deus vitam & otium suppetierit, & ipse ostende-
re conabor, quanta sit quibusve illigata limitibus
supremi Magistratus circa Religionem potestas.
Dabam Osabrugis 4. Apr. styl. vet. Anno 1648.

TYPO-